ADHORTATIONES SANCTORUM PATRUM. LEGENDAE SANCTORUM. GREGORIUS MAGNUS. AUGUSTINUS. HIERONYMUS. EXPOSITIO MISSAE U. A.

Anfang 12. Jh. Seite 101v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



denuo reputabit. ita etiam si neglexerit animam.
paulatim recedet ab ea spiritus sanctus. donec perfecte ex
tinguatur calor eius. atque ita inimicus consu
mit. et deuorat propositum animae illius. sed et corpus
nequicia exterminat. Si quis autem per affectum
quem habet in deo bonus fuerit. simpliciter autem
ad negligenciam raptus fuerit. deus qui miseri
cors est excitat in eo mentem suam. et memoriam
penarum quae in futuro seculo peccatoribus preparantur.
et curat ut sobrius sit. et custodiat
se de cetero cum magna cautela usque ad tempus
uisitationis suae. De retractatione operum nostrorum

Dixit quidam senex; debet monachus (homo) cottidie
mane et sero cogitare in semetipso quid fecit
eo quae uult deus. et quid non fecit. et ita tractare
omnem uitam suam penitenciam agendo. Ita enim
monachus (homo) debet esse. dixit beatus arsenius.

Venit quidam senex ad alium senem. et cum loque
retur unus ex eis dixit; ego mortuus sum huic
seculo. Alter uero dixit ei; ne confidas in temetipso do
nec exeas de corpore isto. nam si de te ipso di
cis. quia mortuus es. satanas autem mortuus
Quod nichil nos nocere possit. non est.
si perfecti cum deo esse uolumus.